

**Universitätsbibliothek Mannheim**

**De originibus Americanis**

**Horb, Johann Heinrich  
Wagner, Gottfried**

**Lipsiae, 1669**

**urn:nbn:de:bsz:180-digad-7294**

*DE*  
**ORIGINIBUS AMERICANIS**  
Dissertationem  
Dei & Superiorum indultu

PRÆSIDE  
VIRO CLARISSIMO  
**M. Jo. Henrico Horbio,**  
Domino & Præceptore de me summè merito  
Solenni Doctorum examini  
A. D. 28. April. A. O. R. cl<sup>o</sup> 1<sup>o</sup> LXIX.

P. P.  
GODOFREDUS Wagner / Lips.

---

L I P S I Æ,  
L I T E R I S C O L E R I A N I S.

D. FRID. RAPPOLTI POES. PROF. PUBLI  
S I L E N U S,  
In Dissertationem de Origine  
Americanorum,  
*Ingenio & doctrinâ præstantissimi adolescentis*  
GODOFREDI WAGNERI, LIPS.  
PAULI JCTI FIL.

**V**ix mihi dicta Venus numeroſo Villica verſu,  
Adventuq; dea renovati prodita mundi  
Gratia, Naturaq; decor: cum Cynthius aurem  
Vellit, & Hoc trito vatam quid tramite curris,  
Quid tibi raucet Hylas: inquit; Majora canenda.  
Argumenta ſuper, rurfuſq; inventus in antro  
Verax magnarum pepigit primordia rerum  
Silenus, nec ut ante Midam deluſit hiantem.  
Huic & patritio juveni, divina merenti,  
Si potes, eſto Maro, Chromidiq; anteire liganti  
Mnaſyloq; jube, quæq; hiſce ſupervenit, Ægle,  
Solerti ingenio & famæ felicibus orſis,  
Ergo cano & memori deſigno carmine viſa:  
Nec, ſi haut Andino ſuſtollor in ardua pluſu,  
Aut tua, Magne Pater, neqveo nunc dicere facta,  
Quæ nati celebrat, vileſcet pagina, nomen,  
Inferiore ſono. Laus eſt & parva profeſſis,  
Sæpius & dignæ viſæ ſunt Conſule ſylvæ.  
Ordior: In viridi ſtratum iam vinxerat herbâ  
Vere novo juvenis, perflantem pectore ſomnos  
Turgentemq; mero, nec vincula ſenſerat ipſe  
Dilati ſpe longâ, & non leviora petentis,  
Quàm vel magne Phrygum rex vel Mnaſyle petebas:

Cum

Cum movet ille artus, & adhuc bene potus ab alto  
 Vix sese emergit somno, lususq; vetustos,  
 Et gratos iterum queritur post pocula nexus:  
 Ac, quis, ait, nodo constrinxit membra, quis orbem  
 Me narrare novum, nec vano carmine, cogit:  
 Liber eram, cum ficta tibi, rex barde, canebam,  
 Aut fictis propiora, Europam & pulveris Afri  
 Æstum ultra, terrasq; Asiae, pulcherrima tempe,  
 Et duplo majora hominum, maiora animantum  
 Corpora, & extentum latis mortalibus ævum:  
 Et geminam ante alias surgentem mœnibus urbem,  
 Eusebiam Machimumq; & tergum vertere Anostum  
 Nolentem indigenas, non uno flumine cinctos  
 Latitiæ luctusq;, & mira ex arbore fructus,  
 Et genus inversum lethi, atatumq; recursum:  
 Et quæ plura animi vis non astricta iubebat.  
 Infrenisq; furor. Nunc gratâ compede victus  
 Te, Proteu, cano vera magis, teq;, augur Apollo.  
 Principio humanum se sanguine scindit ab uno  
 Multiplicatq; genus: tum mundi dividit oras,  
 In partesq; meat varias, quæ surgit Eo  
 Cardine, quæ Hesperis Sol fessus tingitur undis,  
 Et gelidus Boreas, pluviusq; remurmurat Auster,  
 Nec vacat, Oceanum quæ sese exporrigit ultra,  
 Terra potens rerum, civesq; invitat, & ausos  
 Suscipit, ac reliquo divisos orbe coercet,  
 Exaugetq; viris. Neq; enim latuere carinæ,  
 Aut mare navigiis, quam scissa est vomere terra,  
 Primâ atate minus: patuerunt æqvora ventis,  
 Et patuere rati, nec vis sua defuit arti,  
 Ingenioq; vigor. Pepulerunt sola colonos

Crimina, communiq; arva involvère ruina  
Fatales undæ, cum tellus gurgite mersâ  
Deletos hominum gemeret pecudumq; labores,  
Extinctasq; domos, vix unâ sospite. At una  
Se tamen illa novos fœcunda erupit in auctus,  
Et data non longo reparavit tempore damna,  
Implevitq; solum. Cœpit formidine pulsâ  
Hæc quoq; terra colî rursus, vel cedere sorte  
Uni addicta trium, postq; improba mœnia adiri,  
Huc Javane satus, ratis huc Phœnissâ retendit,  
Huc Arabes, huc vela Scythæ rexere Sinæq;  
Solertes populi: tetigit quoq; littora Apella,  
Et quos seditio, quos expulit, ultimus urbi  
Qui stetit, armorum furor, & stipata virorum  
Agmina, & angustis includi nescia septis.  
Venit & Aufoniâ natus, venêre Britanni,  
Et potor Rhodani braccatus, & accola Nilî,  
Vel pedes, æqvoreis vel ponto invehctus habenis.  
Sic diversa locis, sic lingvâ & moribus impar  
Natio non unâ succrevit origine, nec se  
Unâ censerî patitur ratione modoq;  
Dixerat: applaudunt Satyriq; feræq; nemusq;  
Annosumq; caput motat Dodonia quercus:  
Nec tantum Lycio se iactat Apolline Cyrrha,  
Orphea vel Rhodope miratur & Ismara vatem.  
At iuvenis doctâ condit memorata papyro,  
Et, quantum ingenii valeat solertia, quantum  
Vis animi, prætextam intrâ patri æmula, monstrat.

\* \*  
\* \*



Q. D. B. V.

DE ORIGINIBUS AMERICANIS  
CAPUT I.  
Argumentum.

Judicia de Scriptoribus Originum Americanarum. Occasio hujus dissertationis. America ante diluuium habitata. Probatur à fecunditate antediluvianorū. Longævitate patrum. Americæ amœnitate. Americani diluuiō deleti. Primī ex Noachi familia Americæ coloni ignorantur. Causa vagabundis sedibus adscribitur. Hominum cædibus. Defectui Historicorum veterum. Lingvæ non sunt firmum originis argumentum. Nec mores. Nec Religio. Autoritati in hac quæstione nullus locus. Platonis ab-  
rafa Atlantis fabulosa. Probatur ab impossibili. Maris Atlantici qvalitate. Insularum Atlanticarum conditione. Locus Di-  
dori alienus. Cassiterides eadem cum Britannicis. Demon-  
stratur autoritate Strabonis. Etymologia nominis. Occurritur objectioni à plagâ cœlesti, per demonstrationem ignoran-  
tiæ Geographorum veterum. Salomonis navigatio in Ameri-  
cam refellitur. Argumento à situ portus in mari rubro, de-  
sumpto. Descriptione Ophiræ. Mercium apparatu. Origines  
Americanorum quibus vindicari possint. Probabiliter omni-  
bus. Nullis certō.

**R**ost justum seculum annus currit septimus &  
septuagesimus, (a) quo efferatos effrenesq; barba-  
ros,

A 3

(a) *Pancir. L. 2. tit. 1. Rer. Inv. & Salmuth. in Not. ad l. c. p. m. 19.*

ros, quos à Vesputio (b) Americanos dicimus, sagacissimus Argonauta Colonus orbi patefecit cognito. Reperti statim, qui inter alia curiositatis pabula, originem harum gentium argumentis explorarunt argutissimis, alii conjecturis subnixi, alii stultâ opinione gentem vel Adamo anteriorem, vel ab humanâ specie heterogeneam, fungorum quæ proventu, è terris ortam crediderunt. Non improbamus equevidem diligentem eorum speculationem, sed hoc saltem dicimus, nullum fuisse hæctenus, qui eruditorum satisfaceret indagini. Celebrantur istorum populorum arbitri Acoftæ, (c) Lescarboti, (d) Brerevvodi, (e) Grotii (f) Læti, (g) Hornii, (h) sed opinione magis multiplicis & reconditæ scientiæ, elogii illecebra, & verisimilis phalerâ conjecturæ, quam apodicticis harum rerum argumentis. Nominibus nituntur, lingvis gentium, moribus & famâ, quæ tamen si accuratius examines, ficta sunt atque vana. Prodigiousos Præ-Adamitas, portentosos item homines funginos, Isaacus Peyrerius somniavit, ejusque fabulæ flabellum Hugo Grotius. Palinodiam ille cecinit salubrem sibi, Ecclesiæ desideratam; suffocavit hic jacturâ focii sensim sententiam. Etenim figmenti convictus uterque erat, paganorum gentiliumque Poëtarum meram *θεογονίαν* (i) crepantium, in veritatem inclinante calculo.

(b) *Id. l. c. p. m. 20. & Grot. Diss. de Orig. Gent. Amer. p. m. 1.*

(c) *Hist. Nat. & Mor. Indiæ.*

(d) *Hist. Nov. Franc.*

(e) *Disqvist. Ling. g. & relig. g.*

(f) *Diss. duab. de Orig. Gent. Amer.*

(g) *Not. ad Dissert. Grot. d. hoc argum.*

(h) *Lib. quat. d. Orig. Gent. Amer.*

(i) *ὡς καὶ Ἰβες (ita Spir. S. Act. 17. v. 28.) τῶν κατ' ἡμᾶς μνητῶν εἰρήκασι. Ἐγὼ γὰρ καὶ γένεσθαι ἐσμὲν (θεῶν.)*

10. Quid, quod ingens pondus habet, utriusque plagæ India ejusmodi homines uno quasi negat (k) ore.

Hæc Historicorum Americanorum deprehensa vitia veritatis ardens magis excitarunt desiderium. Nimirum exosa semper fabularum erant simulachra. Veruntamen vota hactenus fuerunt irrita, virorum aut solida eruditione, aut nuda saltem opinione celebrium, vel intento vel remisso nimium, vel imbecilli penitus ingenio. Siccine verò sepulta veritas? minime. Præbuit ansam potius hic doctrinæ aut defectus aut invidia comportendi de Americanæ Gentis origine, qualemcunq; dissertationem: non quòd in pugnas prurirem, aut ostentui inhiarem, sed quòd in veritatem arderem, eidemq; excitandæ operâ navarem unicè.

Barbari itaq; Armericani, omnesq; creaturæ, rationis compotes, ex uno sanguine (l) primi patris (m) Adæ, primæq; matris Evæ stemma suum derivant. Ab his orti secundâ Dei benedictione, nati natæq;, nepotes, neptes, abnepotes, ut exutâ semel æqualitate segreges instituere Dominatus, suosq;, si Augustini obtineat conjectura, habuere Dynastas, ita latissimos statim fundarunt principatus & remotissimas quasque occuparunt terras. Sanè qui incre-

menta

---

(k) Es ist (ita Roger in der offenen Thür zum verborgenen Heydenthumb p. 311. Edit. Arnold.) unter den Heyden die gemeinste Meynung / die Seelen seyen von Ewigkeit her gewesen / und eben diejenige Ursach / deren sich Plato bedienet / die Ewigkeit der Seelen zu bewahren (sprechend es könnte nichts in das Zukünftige immerdar seyn / das nicht zu allen und jeden Zeiten gewest wår) führen auch die Braminos, und lassen ihnen solche insonderheit wohlbelieben.

(l) Act. 17. vers. 26. Ἐπίσητέ τι ἐξ ἑνὸς αἵματός πάντων ἔθνων ἀνθρώπων κατοικεῖν Ἰσὶ πάν τὸ πρόσωπον τοῦ ἑσθίου.

(m) 1. Cor. 15. v. 45. οὕτως γάρ γεγραπται, ἐγένετο ὁ πρῶτος ἀνθρώπος Ἀδάμ εἰς ψυχὴν ζῶσαν.



menta Gentium (n) divisiones, exitus mille sexcentis post diluuium annis perpendet, facile concedet Asiam & quæ huic vel annexa tunc, vel proxima, Americam à fœcundissimâ antediluvianâ gente fuisse habitatas. Enimvero si Jacobæ in Ægypto domus ad sexcenta milliavirorum peditû, exclusâ seqviori turbâ atq; vagiente (o) paucis admodum potuit excrescere seculis. Si jam rerum declinato vigore, validâ ad miraculum virtute genitivâ eminuerunt Gideon (p) Ahab (q) Rehabeã (r), Si decrepita ferè ætate mundi, viginti duobus filiis, fliabus octo conspicuus fuit Baro quidam Babo (s) nuncupatus. Quin imò si unius atavi viribus (t) ingens Hispaniæ vicus ad abundantiam impleri potuit, quis

(n) *Contra Horn. l. 1. c. 3. p. 21. Non credibile, jam ante diluuium tanto numero succrevisse homines, ut omnes orbis partes impleverint, quam Lescarbotus magna fiducia asserat, Americam post diluuium recepisse potius quàm accepisse habitatores.*

(o) *Exod. 12. v. 37.*

(p) *Jud. 8. v. 30.*

(q) *2. Reg. 10. v. 6.*

(r) *2. Chron. 11. v. 11.*

(s) *Cluver. Epit. Hist. p. m. 410. a.*

(t) *Hec not. Ludov. Viv. ad Aug. d. C. D. l. 15. c. 8. Edit. Genev. Fuit memoriâ Patrum vicus pene centum domorum in Hispania, cujus omnes incolæ erant à sene quodam, qui adhuc vivebat, progeniti, ita ut propinquitatis nomen jam deesset, quo à minimis natu vocaretur. Lingva enim nostra supra abavum non ascendit. De fœcundis Ægypti mulieribus sic scribit Arist. Hist. Anim. l. 7. c. 4. πολλὰς δὲ καὶ πλάχῃ διδυμα (τῆταισιν αἱ γυναῖκες) ἴδιον περὶ Ægyptον. Τῆταισιν δὲ ἔτετρα καὶ τέτταρα. Περὶ ἐνὶς μὲν καὶ σφὸδρα πῶς πλείω δὲ ἕκπτα πέντε τὸν δεξιδμόν. ἤδη γὰρ ὠπται τέτο καὶ ἴδιον πλείων συμβελήκός· μία δὲ πῆς ἐν τέττασι τόκοις ἔπκεν ἕκοσι. h. e. Sæpe & locis plerisque geminos etiam pariunt, ut in terra quodâ, Ægypti fieri certum est. Pariunt etiam tres & quatuor. Et quidem in locis nonnullis valde ita fit, sed quinque complurimum nascuntur. Jam enim hoc pluribus evenisse conspectum est, & quedam viginti partibus quatuor edidit. Eiusdem gentis fœminam septenos tulisse uno viro Plinius testatur Hist. Nat. l. 7. c. 3. p. m. 294. Ed. Aufr. Ancil-*

quis nisi planè stupidus, vernantè divina benedictione, adhuc calido mundi initio, haud majorem multò Adami *manipolis* statuatur polytecniam? Hæc igitur innumera populorum copia, cum haud potuerit angustis Asiæ contineri finibus, loco ac regione invicem separata fuerit necesse est. Vix autem crediderim Europam potius, sylvis magnâ parte horridam paludibusque fœdam, sterilemve arenis Africam; quam Americam, cœli clementia, & soli fertilitate quosque invitantem, ab Asiaticis exulibus aut vagabundis fuisse occupatam. Venerit autem in Americam Adamo concepta proles, effusam tamen vix nacta, eheu deperdidit felicitatem. Cum enim exundarent mortalium viam corrumpentium vitia, scelera, flagitia, (u) ut largus boni compensator, ita severus mali vindex summus Deus atque maximus perfidos delere decrevit funditus. Immissum igitur mox tale tantumque, quale quantumque nunquam restagnavit hæctenus, nec redundabit unquam, i. e. universale diluvium, terras qua Sol utrumque respicit hemisphærium, omnesque quæ in sicco vivunt, creaturas, exceptâ solâ Noachi familiâ, operuit, absorpsit, perdidit. Rursus placato Numine, refocillato & recreato quasi repetitâ benedictione terrarum ambitu, propagati denuò sunt populi, occupatæ terræ, (x) repletæ insulæ (y). Nondum Semus erat mortuus, cum ad multas jam myriades (z)

B

humana

*Ancillam (æsaris Augusti in Laurente agro quinq; liberos enixam esse Gellius asserit N. A. L. 10. c. 2. p. m. 504. Ed. Thys. 1. Que de prole numerosâ Mathildis aut Margarite potius, quovè fundamento tradantur, vid ap. Voss. Theol. Gent. l. 3. c. 22. p. m. 835. Ed. Franc.*

(u) Gen. 6. v. 5. & 12. (x) Gen. 9. v. 1. (y) Gen. 10. v. 5.

(z) Ninus juxta Diador. Sic. l. 2. c. 2. Edit. Castal. Monarchie Assyriorum conditor, (cujus 43. imperii anno natus est Abraham, ut Eusebius ait) habuit in exercitu suo peditum decies septies centena millia, equitum vero ducenta millia, ad hæc currus falcatos ad decem millia & sexcentos. Ex adverso Zoroaster Rex Bactrianorum contra Ninum comparavit exerci-

t 1176

humanum genus excrevisset; ne igitur hæc gentium confusa turba, brevibus, ut olim, Syriæ inclusa pomœriis confertis se conficeret gladiis, & mutui loco adjutorii pugnos referret pro farina, pro panibus lapides, testamentariâ (aa) Noachi κατὰ θεῖον χρησμὸν factâ divisione, omnistararum portio, tribus Japheto, Semo, Chamo assignata fuit filiis. Cùm autem restitissent diu Noachidæ & consilium de deducendis coloniis non Supremi favorem, sed infidias interpretarentur, scilicet quòd facilius, (verba sunt Josephi) (bb.) dispersi possent opprimi, calamitatibus implicati, confusis tandem lingvis voluntati divinæ cessarunt, & in separatas orbis secessere provincias. Utinam vero intra suam cuique patriam regna semper finita, & separata quisque mansisset politia, parum hodie molis esset, vera gentium ostendere incunabula, hominumque

quorum

*um quadringentorum millium. En in utroque exercitu, vicies ter centena hominum millia, quos omnes videre potuit Semus, ut nihil dicam de traditione, si non Philonis, certè antiqui scriptoris.*

(aa) Epiphan. contra her. T. 2. l. 2 p. 337. Interp. Jan. Cornar. Noam, inquit, servatum à diluvio divisisse tribus filiis totum mundum sorte in Rhinocolura jacta. *Que tamen sententia non placet Bocharto. l. 1. c. 16. Phaleg. argumento ab initio urbis longè post Noachum condite & perversâ vocis Neel interpretatione desumpto.*

(bb) Antiquit. Judaic. l. 1. c. 5. f. 11. Τὸ δὲ θεὸς κελύσαντ' αὐτὸς εἰς πλυανθρωπῶϊαν εἰλλαν δαοικίας ὑπὸ ἀμαθίας παρήκουσαν ἔθει, καὶ διὰ τῶτο συμφοραῖς ὤειπόντες, ἤχθητο τῆς ἀμαρτίας. Ἐπεὶ γὰρ ἦνθεν νεότης πλήθῃ, πάλιν ὁ θεὸς αὐτοῖς συνεβέβηκε πιεῖσαι τὴν δαοικίαν· οἱ δὲ ἔκατὰ τὴν δόμεναιαν τ' ὁκείνους νομίζοντες ἔχαι τὰ ἀγαθὰ, τ' δὲ ἰσχυρὸν αὐτοῖς τὴν οἰκίαν αἰτίων τῆς ἀπειρίας ὑπολαμβάνοντες, σὺν ἐπέθηντι. Προσετίθεσαν δὲ τῶ ὠρακίειν τῆς ἔθει γνώμης, καὶ τὸ κατὰ ἴσθηβελὴν ὑπονοεῖν εἰς δαοικίαν αὐτὰς παραφορμῶν, ἵνα διαιρεθῆντες, εὐεπιχειρητότεροι γένοιτο. h. e. juxta version. Sigism. Gelenii. Caterùm Deo jubente ut propagandi multiplicandiq; generis gratia colonias deducerent, homines rudes non paruerunt: quamobrem calamitatibus implicati offensum illum errore suo sunt experti. Cùm

en 7

quorum monumenta pridem consumpsit ætas, edocere primordia. At cum antiqua & avita gentibus consuetudo nova imperii immutaretur cupiditate, prima finitimis illata bella, instrumenta fuerunt sequentibus. (cc) Accesserunt item impetu vel maris (dd) vel animalium (ee) fugæ, repetitis arreptæ vicibus, quæque emerferunt inde, sedes hominum vagabundæ, clandestinæ invasiones, captivitates, magna in universum barbaries, linguarum morumque infinita diversitas. Palmam illi concessero, qui tantâ confusione, quæ dudum invaluit, ullius etiam regionis continuas polliceretur successiones, hasque vel ex visceribus sacri textus, vel ex priscarum exsculperet gentium ruderibus. Vereor enim unica à multis jam seculis toto terrarum orbe regio reperiatur, quæ priores solos adhuc habeat incolas, quin vicinorum potiùs, vel expulsi

B 2

vel

*animi florenter juventutis multitudine, Deus rursus de Colonia deducenda admonerat; Illi vero oblitii, se ipsius benignitate presentibus commodis perfrui, totamque illam felicitatem suis viribus acceptam ferentes, dicto ejus non fuerunt obedientes. Et, quod pejus, consilium de coloniis non favorem Numinis sed insidias interpretantur, videlicet quò facilius dispersi possent opprimi.*

(cc) Seneca de Clement. l. 1. c. 1. p. m. 264. Ed. Lugd. Batav. 12. Facit avidos nimia felicitas: nec tam temperatæ cupiditates sunt unquam, ut in eo quod contigit, desinant. Gradus à magnis ad majora fit: & spes improbissimas complectuntur, insperata assecuti.

(dd) De Cimbrorum inundatione vid. Flor. l. 3. c. 3. p. m. 221. Cimbrum, inquit, Theutoni atque Tigurini ab extremis Gallie (Germanie legendum ostendit Cluverius Germ. antiq. l. 1. c. 10. l. 2. c. 4. l. 3. c. 22. pluribus) profugi, cum terras eorum inundasset Oceanus, novas sedes toto orbe querebant, exclusi Galliam & Hispaniam in Italiam remigarunt &c. De bello, ejus eventu, & fuga vid. eund. ibid. & Plutarch. in Mario. f. m. 421. Ed. Aub. & Schl. it. Stadium Not. ad Cæs. d. B. G. l. 1. p. m. 35. Edit. Mont. it. Val. Max. l. 6. c. 9. p. m. 588. Ed. Thyssii.

(ee) Æthiopice desertionis causam esse  $\omega\lambda\eta\theta\sigma\kappa\omicron\rho\pi\acute{\iota}\omega\nu\ \kappa\alpha\iota\ \Phi\alpha\lambda\alpha\gamma\gamma\acute{\iota}\omega\nu$  asserit Diod. Sic l. 3. Bibliothec.

Baleares

vel commixti sint invasionibus. Audax verò mihi audiet  
imò temerarius, qui universam & ritu & lingvâ & genio  
toto quasi coelo invicem diversam Americam communi  
asserat auctori, aut generali vindicet origini. Egregium fa-  
teor scrutandæ antiquitatis est argumentum, si in lingvas  
inquiras, in mores, in sacra atqve genium. Sic Tacitus  
Peucinos deducit à Germanis, rituum identitate, idio-  
tismi atq; religionis. Tyrrhenorum verò à Lydis diversifi-  
-carnassensis. Neque aliter Strabo, Plinius & Seneca dif-  
-fufos quasi rivus ad suas deducunt scaturigines. Sed in  
-confines hæc quadrant, non illas verò gentes, quæ longo  
-à se invicem distant intervallo; ad pauca hæc respiciunt  
-secula, non longævam, quæ mutat omnia, vetustatem.  
-Imò nec ille mihi culpabitur, qui his planè non assurrexerit,  
-cum tantæ neutiquam sint ἀσφαλείας, ut in dubium vocari  
-nequeant. In rebus humanis confusions orientur plurimæ,  
-plurimæ in historiis nugæ, si quamcunque linguarum (ff)  
-convenientiâ cognationis dixeris indicium. Manifesta in-  
-tercedit Græcis, Latinis atque Celtis cum Ebræâ linguâ  
-congruentia, Judaicæ tamen originis nemo hos dixit hæ-  
-tenus. Sanè à Latinis & Germanis Congenses originem  
-trahent, nec ullum inter Sinenses & Hispanos erit discrimen.  
-Detorquentur sæpe linguæ, corrumpuntur vocabu-  
-la, vo-

---

*Baleares cuniculorum impetu patria recessisse Strabo inquit l. 3. Geogr. Ab-  
-deritas propter ranarum muriumq; multitudinem, relicto patriæ solo sedes  
-quesivisse, agrosq; ultimos Macedonia nactus esse, ap. Justin. extat l. 15. c.  
-2. p. m. 265. Ed. Bernegg.*

(ff) *Horn. l. 1. c. 7. p. 46. In originibus gentium scrutandis initium à  
-linguâ faciendum est. Et p. 49. quanquam multis modis vocabula mutatio-  
-nem admittant, prout à diversis gentibus ad suam prononciationem infle-  
-ctuntur, id tamen nihil impedit, quo minus ex illâ ipsâ varietate de ori-  
-ginibus judicari queat.*

Sic

lā, voces ab exteris illatæ venditantur pro indigenis. Lingvæ interdum, unde similitudo petenda, vel nobis incognitæ, vel magnam partem periere. Quot inspirata in Babylone putas divinâ maledictione linguarum idiomatica? Hebræis (gg) falso & primitivis (hh) patribus pro familiarum numero, duo saltem numerantur & septuaginta. Vingtini enim & duæ gentes linguis diversæ in unico vivebant (ii) regno Mithridatis. Dioscurias nobile Colchidoppidum trecentas olim continebat gentes, si Plinio fides, (kk) linguis distinctas non idiotismis. Nunc quot in Asia extiterint, quot in universo mundo haud difficile poterit colligi. Neque enim momentanea fuit maledictio, quam ex occasione turris Babylonicæ Deus inflixit hominibus, adhuc durat, & durabit ad omnem usque ævi consummationem. Unde fit, ut linguæ omnes, paucis exceptis, quas libri præstant à communi clade immunes, in fluxu sint perpetuo, & magnâ sui parte

B 3

muten-

(gg) Sic Jonathan (referente Bochart. l. 1. c. 15. Phal. f. 60.) in Paraphr. Gen. 11. v. 7. & 8. dixit Deus septuaginta angelis, qui stant coram eo, venite nunc descendamus & misceamus lingvas eorum, ut non intelligat vir linguam socii sui. Et apparuit verbum Domini super urbem & cum eo septuaginta angeli, juxta septuaginta gentes, quarum unaqueque linguam habet & scripturam propriam, & inde disperserunt eas super facies omnis terre in septuaginta linguas, ita ut unus non nosset, quid diceret socius suus, & se mutuo interficerent.

(hh) Clemens Alexandr. l. 1. Strom. Euseb. Chron. l. 1. p. 11. Epiphanius adversus her. l. 1. T. 1. f. m. 3. Ed. Jan. Corn. & her. 39. que est Sethianorum. August. de C. D. l. 16. c. 3. f. m. 175. Ed. Lud. Viv. Prosper. Aquitanus de voc. Gent. l. 2. c. 4. Autor Mirab. Script. l. 1. c. 9. Philast. her. 63. Solutus Pacianus Bareinonenlis Episcop. in Opusc. contr. Novatian. cujus Hieronymus in Catal. meminit Epist. 2. que est ad Sempronian. lingvas numerat centum & viginti, fundamento, cui innixus, non adjecto.

(ii) Val. Max. L. 8. c. 7. n. 16.

(kk) Plin. Hist. Nat. l. 6. c. 5. p. m. 245.

Horat.

mutentur atque corrumpantur singulis propè seculis. Us-  
que adeò verum est, quod Poeta (ll) canit:

Multa renascentur, quæ jam cecidère, cadentque

Quæ nunc sunt in honore vocabula, si volet usus

Quem penes arbitrium est & jus & norma loquendi.

Nec mores (mm) adeò mutationis sunt expertes, ut labi  
nequeat, qui bases hos statuit colligendi gentium òrignes.  
Quot enim induerunt barbariem populi cultiores, quot  
barbari redditi mansueti & Achæis humanis olim sævitiam  
sæva Scythia instillavit. Contra amplexi terrarum, quas  
occuparunt, modestiam Gothi, Hunni, Longobardi, Mul-  
tum degenerarunt ab avito cultu Balearides. Turdetani  
teste Strabone, ita conformarunt suos, Romanorū ritibus,  
ut ipsam amiserint linguæ patriæ notitiam. Tanta præ-  
v aluit

---

(ll) Horat. d. Art. Poet. v. 70.

(mm) Docent Philosophi locatum consequi locorum condiciones.

Hinc ait Porphyrius locum esse generationis principium, quemadmodum &  
patrem. Gens Gallo-Græcorum (verba sunt Flori l. 2. c. 11. p. m. 176.) sicut i-  
psum nomen indicio est, mixta, & adulterata reliquiæ Gallorum, qui  
Brenno duce vastaverant Græciam; mox orientem secuti in mediâ Asiæ par-  
te sederunt. Itaque ut frugum semina mutato solo degenerant, sic illa ge-  
nuina feritas eorum, Asiaticâ amœnitate mollita est. Prudenter, inquit Val.  
Max. l. 2. c. 6. p. m. 177. Spartana Civitas severissimis Lycurgi legibus ob-  
temperans, civium suorum oculos à contemplanda Asiâ retraxit, ne ille-  
cebris ejus capti ad delicatius vitæ genus prolaberentur. Et paulo post: quod  
eos non frustra timuisse dux ipsorum Pausanias patefecit, qui maximis ope-  
ribus editis, ut primum se Asiæ moribus permisit, fortitudinem suam effemi-  
nat o ejus cultu mollire non erubuit. Ipsa diuturnitate (habet hæc Acoffa. l. 1. de  
Nat. N. O. p. 63.) & desuetudine humana pene omnia oblivione deleri, testis est  
Hispania & Italia, quæ tot habet homines, tot barbarorū greges, quæ præter os  
& figurâ hominis nil habent reliqui. Plura in hunc sensû ne adjiciamus, vetat  
Gruterus Disc. 45. ad Tacit. ubi pulcherrimè docet, tales esse hominum mores,  
qualis est locorū situs, ubi degunt. Concidit itaq; argumentū Hornii pro ori-  
gine

Voluit in Canariis & Philippinis stupiditas, ut etiam ignis  
usus interciderit apud bardos homines. Angentes deniq;  
sacrorum fuerint adeò pertinaces, ut eorum indicio lucu-  
lenter hodiè in origines possit penetrari, judicabunt illi,  
qui imbuti sunt majori historiarum notitiâ. Quantum qui-  
dem hætenus potui ex earum lectione assequi, tantæ reli-  
gionum mutationes intercesserunt, ut si librorum beneficio  
non constaret, fuisse, qui hæc observassent, impossibile  
foret ex iis, quæ vel nullæ vel exiguæ supersunt, reliquiis  
taliam eruere. Fortiora igitur promat, quisquis ad mon-  
stranda populorum principia se velit accingere. Adhi-  
bendam, ais, (nn) ad dissipandas in hoc Helicone nebu-  
las prisorum auctoritatem. Sed quid hæc confert ad ve-  
ritatis inquisitionem? nihil, aut parum. Platoni equidem  
suas admetior laudes, principem fateor sui seculi Philo-  
sophum, peritum item rerum divinarum æqve ac hu-  
manarum; sed hoc stultum reor atqve intolerabile, cum  
Plato-

---

*gine Gentium à moribus desumptum, quorum ambitu ritus sacros & profanos  
complectitur l. r. c. 8. p. 53.*

(nn) Non ignotus fuit (verba sunt Hornii d. Or. Am. l. 1. c. 10. p. 56.)  
noster orbis Americanis, nec illorum nobis. Nam Californiani noverant,  
idq; sibi à majoribus traditum asseverabant, gentes in alio orbe barbatae &  
vestitas reperiri. Sic Mexicani se advectos ex aliâ orbis parte in Americam  
retulerunt. -- Præcis quoq; scriptoribus nostris cogniti fuerunt ultra ocea-  
num orbis alii de quibus Clemens Alexandr. in Epist. quadam teste Hiero-  
nymo in cap. 11. Epist. ad Eph. Nihil nunc de Atlantide Platonis dico, res  
notior est, quam ut referenda sit. Memorabile est, quod Alian. 3. hist. re-  
fert, Silenum Mide narrasse Europam, Asiam, Lybiam insulas Oceano  
circumsusas esse, extra eas continentem quandam infinite magnitudinis,  
que nutriat grandia animalia, & homines duplo majores & longeviores  
quam nostri sunt. In Seneca Suasor. Avitus testatur, communem opinionem  
jactari, fertiles in Oceano jacere terras. Hæc non profecto fuerunt ex mera  
& incerta conjectura. Sed ex illa notitia jacentium in Oceano terrarum. Ha-  
stenus Hornius.

Ovoma-



Platone errare malle, quàm vera sentire cum aliis. Certè vel obiter ejus inspecta opera, quot nugas (oo) produnt & aniles fabulas? Atlantis ipsa (pp) virum arguit erroris gravissimi. Quis enim credat, insulam & Africâ & Asiâ majorem abrafam ita esse pelago, ut nequeat vel bolidis jactu fundus penetrari. Violentia quidem ingens in Zonâ torridâ maris Pacifici, perpetui motus, venti orientem versus satis horridi. Nec diffiteor australi Asiæ terræque Magellanicæ annexas olim insulas undarum impetu successu temporis fuisse divulsas. Distant enim brevi intervallo fundus exploratu facilis, littorum adsunt atque alveorum rudera. Num vero eadem maris Atlantici est ratio? Ego certè dixero, aut nulla prorsus ejusmodi aut contraria penitus obvia esse vestigia. Absunt hic pulvini, absunt syrtes, eadem est nisi ad Flandricas insulas Oceani altitudo, nec

(oo) *Quomodo enim (sic Acosta de Nat. N. O. l. 1. c. 22. p. 58.) non fabulosum est, Neptunum Clitus amore captum quinquies gemellos ex ipsâ suscepisse, collem verò in quinq; orbes divisisse, tres maris, duos terræ quasi torno descriptos? Quid templum illud stadii longitudine, trium jugerum amplitudine, cujus omnes partes externe argento, summa autem auro essent oppleta, intrinsecus autem fornix eburnea, tota auro & argento & aurichalco variegata. Hæc Acosta. Addimus: quod tempus diluvii Atlantici nimis extendat supra Deucalionis, imò ipsius Noachi diluvium; unde Opmeerius in Chronol. collegit, Atlanticos jam ante diluvium in Americam venisse.*

(pp) *De hac (pergit Horn. l. 2. c. 6. p. 85.) Divinus Plato in Critia & Timeo ea tradit, quæ Americanas origines evidenter aperiunt. Adscribimus verba Platonis, ut appareat, quæ veritate dicta fuerint. Habentur ea in Timeo p. 1045. Ed. Aubr. in fol. Anno 1602. edita: Ἡ δὲ νῆσος ἄμα Διβύης ἦν καὶ Ἀσίας μείζων, ἐξ ἧς ἐπίστατον Ἰπὶ τὰς ἄλλας νήσους τοῖς τότε ἐρίγνετο πρόσθεν οἰοῖτο. Ἐκ δὲ τῶν νήσων Ἰπὶ τὴν κατὰ νῆκρὸν πᾶσαν ἤπειρον τὴν περὶ τὸν ἄληθινὸν ὀκεῖνον πόντον. Et paulo post: Ὑστέρω δὲ χρόνῳ σεισμῶν ἐξασιῶν καὶ κατακλυσμῶν γενομένων μίαν ἡμέραν καὶ νυκτὸς χαλεπῆς ἐλθόντος, τὸ τε παρ' ὑμῶν μάχιμον πᾶν, ἀφρόν ἐστὶ κατὰ γῆς, ἢ τε Ἀτλαντὶς νῆσος ὡσαύτως κατὰ τῆς θαλάσσης*

do, nec observatum nautis aut latentis aut prominentis  
 terræ periculum. Ipsæ Affores & Canariae, ne minimam  
 hæctenus perperitæ sunt maris violentiam; qui igitur illis  
 vel annexa tunc vel proxima terræ moles foret inundata?  
 Sed imprudenter refellere pergo, quæ aut ridiculè scripta,  
 aut per parabolam qf. de ambiguo in Republ. felicitatis  
 statu philosophicè sunt introducta. Nec majoris sunt  
 ponderis, quæ pro origine Americanorum è Diodoro Si-  
 culo (qq) allegantur. Quæ enim hinc pro America con-

C

jectu-

σῆς ὄσση ἠΨαν.Θη. διὰ καὶ νῦν ἀπρον καὶ ἀδιερεύνητον γέγονε τὸ καὶ  
 πέλαιγ.Θ, πηλὸ κατὰ βραχέ.Θ εὐπεδῶν ἐντ.Θ, ὃν ἡ νῆσ.Θ ἰσομέ-  
 νη περιέχει; h. e. ex interpr. Marsilii Ficini: fertur insula illa Lybiâ si-  
 mul & Asiâ major fuisse, per quam ad alias proximas insulas patebat adi-  
 tus, atq; ex insulis ad omnem continentem e conspectu jacentem vero maris  
 vicinam. Post hæc ingenti terræ motu jugiq; diei unius & noctis illuvio-  
 ne factum est, ut terra debiscens vestros illos omnes bellicosos homines absor-  
 beret, & Atlantiis insula sub vasto gurgite mergeretur, quam ob causam in-  
 navigabile pelagus illud propter absorptæ insulæ limum relictum fuit.

(qq) Secundus (argumentatur porro Hornius l. 2. c. 7. de Or. Gent.  
 Am. p. 91.) post Atlantes in Americam adventus Phœnicibus tribuitur,  
 illis præscorum scriptorum narrationibus, quibus navigantes in Atlantico  
 mari novas detexisse terras referunt. Quod Diodorus ventis & tempesta-  
 tibus adscribit, cujus verba rem mirificè declarant. Dicit enim, Phœnices  
 vetustissimis temporibus extra columnas Herculis navigantes ingentibus  
 ventorum procellis ad longinquos oceani tractus fuisse abreptos, ac multis  
 diebus vi tempestatis jactatos tandem ad ingentem insulam in oceano At-  
 lantico complurium dierum navigatione à Lybia in occasum remotam ve-  
 nisse. Cujus solum frugiferum, amnes navigabiles, sumptuosa ædificia fue-  
 rint. Inde Carthaginenses & Tyrrhenos harum terrarum notitiam acce-  
 pisse. Quibus verbis nihil clarius esse potest. Nam & notam fuisse præscis  
 Americam, & Phœnices in eam navigasse ostendunt. Quæ enim illa ingens  
 Atlantici maris insula complurium dierum navigatione à Lybia in occa-  
 sum remota? Tum cultam jam fuisse ante hunc Phœnicum adventum, sum-  
 ptuosa

C

*Justura?* Nullane extra fretum Herculis in pelago Atlan-  
 tico ad occidentem sita insula? Nullane à Gadibus die-  
 rum plurium itinere remota? Atlanticone omnes sub-  
 mersæ diluvio? unde igitur quæ frequentantur hodiè Af-  
 fores, Hesperides, Casfiterides & Fortunatæ? Fortè è fun-  
 do maris porosa terra ad hanc excrevit nunc altitudinem,  
 quæ Carthaginis tempore infra aquæ latuit adhuc superfi-  
 ciem. Si extitisse fateris, quidni de his potius Diodori  
 locum, quam de America longius remota explicas. Ma-  
 gnitudinem objicis atq; fœcunditatem à Siculo affirma-  
 tam hisce non competere. Sed quæso num minutæ Cas-  
 fiterides, omnium Europæ confinium insularum am-  
 plissimæ à te vix amplæ, à veteribus alter orbis appellatæ?  
 Num steriles, num infœcundæ? quæ ubertate Soli, agro-  
 rum atq; pascuorum pinguedine, aere deniq; temperato  
 semper fuerunt celeberrimæ. Miraberis forte Horni con-  
 trariam tuæ Casfiteridum descriptionem, sed Aflores cum  
 dicas, quas nos Britannicas vocamus, cribrum supposue-  
 rit hircò, qui diversas has conciliare velit opiniones. Ra-  
 tionibus decidenda, quæ hic videntur controversa. Una  
 tibi

---

*præiosa ædificia quæ epererunt, inducio esse possunt. Addit Diodorus: po-  
 stea Carthaginenses cum sepe à Tyrus & Mauritanis bello premerentur,  
 Gadibus præternavigatis & Atlantico proventus oceano, tandem ad novas  
 has regiones appulisse & coloniam duxisse, eamq; rem diu tacitam servasse,  
 ut si rursus sedibus ejicerentur, haberent locum, in quem se cum suis recipe-  
 rent. Et hæc navigatio tam celebris fuit, ut complures Carthaginensium  
 familie eò habitatum iverint: & Tyrrheni coloniam eò destinârunt, nisi à  
 Carthaginensibus impediti fuissent. Alii rem paulò aliter narrant: Re-  
 periam à Carthaginensibus fortuito insulam, & in eam injussu Magistrat-  
 us commigrasse plurimos: quod disfluente paulatim populo ceperit postea  
 capitale esse. Hæc igitur quæ de Carthaginensium colonis traduntur, stu-  
 pinam eorum negligentiam satis redarguunt, qui nullam apud antiquos  
 men-*

tibi superest è Strabone (rr) deprompta, ad Aquilonem Hispaniæ sitas esse Casfiterides. Sed solæne Affores huic plagæ subjacent? igitur exclusæ eadem sunt Britannicæ & μέγας λίαν ἀίτημα! Si Strabonem propriis iustrasses oculis, aliud de Casfiteridibus tulisses iudicium. Insulam describit (ff) solis perviam Phœnicibus feracem stanno, plumbo atq; corio. Hæc Melicarto (tt) primum, hic patriæ deinde stannum plumbumq; communicavit. Ab hinc Casfiterides nomen (uu) fortitæ, ipsaq; Britannia.

C 2

Hæc

mentionem ullius in has partes navigationis extare dicunt, quod Acosta & Lescarbotus faciunt.

(rr) Strabo (ita enim loquitur l. 2. c. 10. p. 206. D. O. A.) vel leviter inspectus omnem dubitationem tollit. Dicit ille ad Aquilonem Hispaniæ Casfiterides esse sitas. Quod de aliis falsissimum, verum si Affores intelligantur.

(ff) Strabo l. 3. πρόπτερον μὲν ἔν Φοίνικες μόνοι τὴν εὐπερίτω ἐξελάον τὰυτην ἐκ τῶν Γαδίρων κρέπσοτες ἀπὸσι τὸν πλῆν. h. e. Primo quidem soli Phœnices eò negotiatum mittebant è Gadibus celantes alios istam navigationem. De Gentis opibus paulò post habet: Μέταλλα δὲ ἔχοντες Κασσιτέρως καὶ μόλιβδος, κέραιον ἀντὶ τῶτων καὶ τῶν δερμάτων διαλλάττονται, καὶ ἄλας καὶ χαλκῶματα πρὸς τὰς ἐμπόρους.

(tt) Plinius l. 7. c. 56. p. m. 340. Plumbum ex Cassiteride insula primum apportavit Mitacritus. Legendum Melicartus vel Melcartus, i. e. Phœnicus Hercules ap. Sanchoniatonem, ad quem occiduas navigationes Phœnices referebant. Nam Mitacritus græcum nomen est. Græcis portò de Cassiteridum insulis nihil compertum. Quod Herodotus ingenne agnoscit: Οὐτι, inquit, νῆσος οἶδα Κασσιτερίδας ἐδούς ἐκ τῶν ὀ Κασσιτεροῦ ἡμῖν Φοίτα. Νεῖς, Cassiterides insulas novi, è quibus ad nos affertur stannum.

(uu) Consentit hic Bochartus Part II. Geogr. Sac. l. 1. c. 39. f. 720. l. A. seq. Iis accedo, inquit, qui Casfiterides insulas volunt esse Britannicas, quia, quo loco describuntur, i. e. in oceano ad Aquilonem, nullas novi alias insulas stanni & plumbi feraces. Quid quod ex ipso nomine res videtur pos-

Hæc enim quid aliud quam è Phœnicio deflexum Barat-anac stanni ager aut terra plumbi ? Quid  $\kappa\alpha\sigma\iota\tau\epsilon\rho\varsigma$ , unde Cassiterides, nisi id, quod plumbum Græcis est aut plumbum album ? Refertissima utroq; Britannia, in Americâ nihil hujusmodi reperies, nedum in Astoribus, aurea illi tellus erat, & argentea, nullibi vel stanno vel plumbo ferax, hæc ne fodinas quidem habent metallicas. Si verò Britannia septentrionalior magis quam occidua appareat, sciendum est, tantum olim offendisse in iis potissimum locis, quæ parum adhuc innotuerant, qui Principes etiam audirent Geographiæ. Quantum erravit in Europâ ejusq; Galliâ in primis vulgo conspicuus Ptolemæus. Quæ in notissimâ Italiâ Melæ crassa ignorantia? Ipse Strabo religiosè nimis secutus suum Polybium in extremis sæpe Europæ finibus à veritate aberravit. Nec Plinius,

posse colligi? Britannia enim nihil videtur aliud, quam Barat-anac i.e. ager seu terra stanni & plumbi. Bara enim, & in regimine Barat, Syris agrum esse, sciunt omnes & ex Daniele abunde notum. conf. c. 2. v. 38. c. 4. v. 12. Anac stannum aut plumbum Hebræi explicant in Amos 7. v. 6. nempe utrumq; Anac significat. Avicenna l. 2. c. 27. definit plumbum nigrum. Sed Lexicographi Arabes docent utriq; metallo, Stanno, inquam, & plumbo nomen esse commune. --- Sic Græcum  $\kappa\alpha\sigma\iota\tau\epsilon\rho\varsigma$ , unde Cassiterides, quod Græcis propriè stannum est, Mela plumbum reddidit l. 3. c. 6. p. m. 86. Ea. Basil. Quia plumbo abundant, uno omnes nomine Cassiterides appellant. Plinius asserit l. 4. c. 22. p. m. 205. Cassiterides ita dictas fuisse Græcis à fertilitate plumbi. Nempe ex Plinii sententiâ stannum est plumbi species. Et verò plumbum & stannum sunt metalla valde vicina. Utroq; Britannia est terrarum omnium fecundissima. De stanno res notissima ex Diodoro l. 5. p. 209 ut taceam recentiores. De plumbo Plinium audi. Nigro, ait l. 34. c. 7. plumbo ad fistulas laminasq; utimur, laboriosius in Hispania eruto, totasq; per Gallias: sed in Britannia summo terra corio addo large, ut lex ultro dicatur. ne plus certo modo fiat. Stannum reperitur potissimum in Cornuwallia & vicinis insulis, plumbum in Coriatis, Ordo-

vici-

nus, Solinus, Dionysius hoc omninò errore sunt exempti;  
Corruit itaque; nisi omnia me fallunt profana, quam am-  
plexus est Hornius, Scriptorum autoritas. Ad Θεότιον  
progreditur, horumq; veritatem nobis objicit immutabi-  
lem. (xx) Ατ Φαλῆσιν τοῦ certè argumentum, in quo si quis  
acquiescere nollet, perinde faceret, ac si Christum vel-

C 3

let

vicibus & Brigantibus. Quà arte & quanta copia eruantur, vide sis ap.  
Cambdenum. Mibi docuisse sufficit ab hac metallorum fecunditate has in-  
sulas, ut à Grecis Cassiteridas, ita à Phœnicibus dictas fuisse Barat-anac seu  
Britannicas, agrum stanni & plumbi.

(xx) Tertius Phœnicum in Americam adventus est, cujus prima sit  
mentio circa Salomonis ævum. Cum enim immensa fuerit sapientia Salo-  
monis, necesse omnino est, ut magna illius terrarum partis non fuerit ignarus,  
que tot miraculorum fœrax est. Sive igitur ex Erythreo sive Mediterra-  
neo mari solverit ejus classis, Americam, præsertim trienni navigatione, pe-  
tere potuit. Quanquam sententia Coropii Becani & Fr. Bivarri non  
omni fundamento careat, statuentium, factam illam navigationem per Me-  
diterraneanum mare, non verò quod communiter putant, sinum Rubrum.  
Quia & Tharsis & Tyrus & Azion-Geber ad Mediterraneum: Nec  
Tyria classis ex sinu Arabico solvere potuit, cum qua iverunt Salomo-  
nis naves. Nam Hiram non classarios tantum, sed & classem Salomoni  
suppeditavit. Nec Azion-Geber, cujus Moses meminit, ad littus maris ru-  
bri: sed interius prope Cades, cum Israelitæ semel tantum ad mare illud fue-  
rint. Neq; eadem cum illa unde classis solvit, quippe illa unde classis sol-  
vit in Idumeâ sita, qua non attingit rubrum, sed mediterraneanum mare, sicut  
ex Ptolemaeo patet -- Suph quoq; cum terminum quemvis notet non Ery-  
threo tantum mari, quanquam huic frequentius, verum etiam Mortuo &  
mediterraneo tribuitur. De Tharsis mirum est adeò hesitare doctos, cum  
Tartessus Hispania regio celeberrima & prisorum navibus multum frequen-  
tata ob auri copiam sit. Igitur non in genere quamvis regionem longè dis-  
sitam, nec quodlibet mare notat, sed Hispaniam, Ciliciam & totum mediter-  
raneanum mare. Jonas clarè dicit, quod è Tappe in Tharsis navigatum fue-  
rit. Igitur Tharsis ad Mediterraneum mare. Porro navigare in Ophir  
& Tharsis unum idemq; est, sicut ex 2. Reg. 22. collato cum 2. Chron. 20. pa-  
tet.

let incarnari denuo, ut plenius & clarius explicaret con-  
 filia Dei. Cum autem coetam Deus nolit obedientiam,  
 sed justam lucis exigat applicationem, illuminatum ju-  
 bare coelesti oculum, non praecipuum humanis praec-  
 ceptis animum, ignosces spero Horni, quod canorum  
 nivibus tuis antiqui dierum antiquam antehabueris veri-  
 tatem, tuaque est Pseudherminiâ deprompta argumenta ad  
 veritatis lancem suspendam examinanda. Salomoni A-  
 mericanas largiris colonias, idque ab immensâ ejus probas  
 sapientiâ. Ego verò condono primum catachresin in  
 voce immensi. Nam ut nemo immensus, nisi solus De-  
 us; ita de nullo ente nisi divino immensam prædicare pos-  
 sum sapientiam. Fuerit autem mortalium post lapsum  
 sapientissimus, & principia habuerit non humanæ minus  
 quam divinæ sapientiæ communicata; An consumma-  
 ta hæc statim? an exclusiva experientiæ? Ipsius Adami  
 sapientia, serena licet fuerit sine nubilo, recta sine deliquio,  
 perfecta est causarum venis, non solis effectuum deprom-  
 pta vestigiis, experientiæ tamen admisisset accessionem.  
 At postquam prima prævaricatio necessitatem induxit  
 moriendi, concreta hæc artium principia vel extremis  
 saltem adumbrata lineis, vel aliorum planè relicta sunt  
 scrutinio. Atque hinc plurima illa nostrorum homi-  
 num inventa, ad admirationem insignia, vetustati vel  
 ignota penitus, vel omninò non exculata. Eadem mor-  
 talitatis miseria, cum & in Salomonem fuerit propagata,  
 planè non est dubium, fuisse ipsi haud exculata omnia,  
 mansisse potius occulta multa, multa ignorata. Ipsa  
 clas-

---

ret. Hæc inquam argumenta faciunt, ut Salomonis, Hiram, & Josapha-  
 ri naves per mediterraneum mare in Ophir & Tharsis navigare potuerint,  
 & hinc in ipsam, quod triennium svadet, Americam. Horn. l. 6.  
 pag. 94.

clasſis ab Hiromo nautis inſtructa , ejuſdemque diutur-  
 næ oberrationes notitiam oſtendunt hydrographiæ ſal-  
 tem inchoatam. Oceanum, inquis, ex oceano ingreſſus,  
 mare emenſus mediterraneum, Americam triennio citius  
 repetere nequivit. Athoc tuum πῶτον Ὑδῶν ἐſt, Hor-  
 ni, ſolviſſe Salomonem ad Ophir è mari mediterraneo.  
 Docuit eadem Goropius Becanus , ſed iudicii magis o-  
 ſtentandi cauſâ , quàm veritatis demonſtrandæ. Hoc  
 enim habuit proſiſtitum , ut ingenii ſui ſublimitatem per  
 incertiſſima ſubtiliter experiatur. Tu, cum credendo fa-  
 cilior, quàm iudicando felix, argutum hominem ſecutus  
 es, σπλάγγα viris moviſti , atque riſum, nulli certè aſſen-  
 ſum. Ezion-Geber portus eſt Erythræi maris clasſisque  
 Salomoneæ, Geographis (yy) Patribuſque priſcis (zz) &  
 modernis Theologiſ (aaa) ὁμοθυμαδὸν conſentientibuſ.  
 Solus Becanus contumaciter huic reſiſtit ſententiæ,  
 opinioni & antiquitate temporum , & ſcriptorum autori-  
 tate inclytæ , noluit aſſentiri, portumque è rubro in mare  
 mediterraneum tranſtulit. Nimirum abutebatur vir ar-  
 gutus Straboniſ autoritate , qui Idumæam Judæâ inquit  
 cingi, Ægypto, Arabiâ Petræâ, & Mediterraneo Ad-  
 vertiſſet hic Horniuſ duplicem ipſiuſ Becani Idumæam,  
 ſuperiorem aut occidentalem , & inferiorem aut orien-  
 talem, ſpecioſiſ iſtiſ vix ſeductuſ eſſet Ὀρ'μῶν. Illa qui-  
 dem mediterraneo , hæc Petrææ Arabiæ & rubro mari  
 eſt

---

(yy) Ptolemeuſ l. 6. c. 28. Geogr. Strabon. l. 16. Pliniuſ l. 5. c. 10. &  
 Joſephuſ Antiq. Jud. l. 8. c. 2. p. 269. Adrichom. in Th. Ter. Sanct. f. 28. Car-  
 rol. Steph. in Diction. Hiſt. Geogr. in Ezion-Geber & Adat, Bochartuſ in  
 Can. L. 1. c. 44. f. 764.

(zz) Theodoret in 1. Reg. 9.

(aaa) Alphonſ. Teſtat. 2. Paralip. 9. queſt. 20 Arias Mont. in Cha-  
 leb. Appar. Sac. præmiſſo. Joſ. A Coſta de Nat. N. O. l. 1. c. 14. Nic. Fuller.  
 Miſcell. Sac. l. 4. c. 20.



est propinqua. Ipse Spiritus S. (bbb) Becani obstru-  
 cturus argutiæ Ezion-Geber huic Idumææ parti confi-  
 nem asserit, quæ mari Suph finitima, labium ejus attingit.  
 Frivola est exceptio, in Suph quem vis notare terminum,  
 adeoq; non Erythræo solum, verum etiam mortuo com-  
 petere atque mediterraneo. Quamvis enim Suph vi ver-  
 bi mare vel finiens vel finitum (ccc) denotet, adeoque  
 omni competat pelago, cui Deus suos posuit terminos,  
 suos præscripsit limites, phrasi tamen Biblicâ soli datur  
 mari rubro specialissimâ significatione ab algâ & juncetis  
 desumptâ. Plura desideranti de vero hujus portus situ  
 evol-

(bbb) 2. Chron. 8. v. 17. Cum quo conferas 1. Reg. 9. 26.

(ccc) Sciendum est (verba sunt Pinedæ Salom. præviol. 3. c. 10. f.  
 m. 230. Ed. Mogunt.) ex frequentiori Lexicographorum & eruditorum  
 observatione nomen Suph significare juncum, algam, caricem s. juncetum,  
 quod ad ripam litusve fluminis aut maris nascitur: & recte dici à radice  
 Suph, quod est finire, terminare, consummare, deficere; ex eo, quod in litto-  
 re & margine, qui est finis ipsius maris nascitur ejusmodi herba; aut quia ex  
 communi ratione mare sit finis & terminus rerum, quasi consumtor, finitor,  
 consummator, vorax rerum omnium & velut summa & recapitulatio, in  
 quam omnia abeunt. Proprium verò esse appositum maris rubri. Quare  
 cum vulgatus interpres pro Jam Suph vertit mare rubrum, non tam facit ex  
 bonitate quam vocant intelligentis, quam ex debitâ vocis exigentiâ & pro-  
 prietate, ita ut mare Suph nunquam de alio mari propriè dici possit: in quo  
 sensu procul dubio consentiunt universi Hebræi, qui mare junci s. mare al-  
 gosum aut caricosum interpretantur mare rubrum. -- Abundat enim  
 hoc mare, quod ex Plinio animadvertas, algâ illâ sed rubrâ maximè & lon-  
 giori, non brevi illa, quam Reuchlinus describit, & latâ. Hoc fuci marini  
 & algæ genus eo mari contentum ita rubeum colorem alligat lanis, quam diu  
 recens tinctura est, ut purpuram provocet, teste Plin. l. 32. c. 6. Unde sanè  
 efficietur, si Suph propriè significat ejusmodi rubentem herbam aut fructu-  
 cem, quo illud mare abundat, ab eo potissimum desumptam fuisse maris ru-  
 bri appellationem,

evolvenda erit Israelitarum peregrinatio Ægyptiacō-Ga-  
 nanæa, ejusque mansio secunda & trigesima. Ponitur  
 (ddd) ibi Ezion-Geber, Abrohem inter & desertum Zin  
 juxta montem Hor ad terminos Edom. Stultissimus fo-  
 ret hominum, qui lustratis vel leviter hisce circumstantiis  
 non rubro eam tribuat, sed mediterraneo. Hic ligno-  
 rum feraces sunt solitudines, (eee) hic robustissima struen-  
 dis apta navibus querceta, quibus suam Salomon ex-  
 truxit classem, eamque alienis saltem instruxit nautis (fff)  
 Quid velificante opus est Æolo, qui vel volatiles vel pli-  
 catiles Hiromi naves per juga montium perque præcipi-  
 tia, & patentissima Arabiæ deserta è mediterraneo dedu-  
 cat ad mare rubrum, cum nullas Tyrò acceperit Salomon,  
 sed classem propriis in Erythræi confiniis sumtibus extru-  
 xerit. Ex orientali portu itaque in altum subvecti nau-  
 tæ Salomonis desideratissimam navigationis appulerunt  
 Acropolin & controversam omnibus ingressi sunt Ophi-  
 ram. Acrius certatum credo pro genuino hujus situ,  
 quam à Græcis olim pro Helenâ. Conantur quidam in  
 America (ggg) collocare. Quidam nuru Chaldaici in-  
 D ter-

---

(ddd) Num. 33. v. 36. & profecti sunt ex Ezion-Geber, & castra me-  
 morati sunt in deserto Zin, quæ Kades est; & v. 37. & profecti è Cades castra  
 memorati sunt in monte Hor in extremo terra Edom.

(eee) Ezion-Geber (ita Hieronymus in Epist. ad Fabiolam) voco li-  
 gnationes viri aut dolationes hominum, (significantius diceretur Ζυλαξι-  
 σμοφόρος, quia locus lignorum ferax) quod disciplina cadentibus hic  
 monstratur ligna informia, & dolantibus facientibusq; vasa diversa.

(fff) 1. Reg. IX. 26. Et fecit Rex navem s. classem in Asioz  
 Geber.

(ggg) Jos. à Cost. l. 1. d. Nat. & Nov. Orb. v. 14. Joh. Goropius Becan.  
 in Hisp. l. 7. p. 112. Horn. l. sup. v.

Interpretis ad Africæ revocant Cephalam (hhh) aut Sophalã.  
 Quidam in Asia quærunt, inq; ejus auro fœcundis Top-  
 prana (iii) atque Zeilane. Rationes priorum hilo mi-  
 nus concludunt; Hornii non absurda modo, sed merum  
 μαρολόγιον. Absurda est, quia Salomonem in Americam  
 navigasse dicit, ipsum tamen navigationis terminum quæ-  
 rit in Hispania. Ophir, inquit, Tartessus est, nobilissima  
 Hispaniæ regio, priscis ob auri abundantiam frequentata.  
 Quis vero summam auri copiam, Tartello asseruit Bæti-  
 cæ? Thynnorum hic erat piscatura, ingensque salis appa-  
 ratus, nihil singulare magis, nil Salomonæâ dignum  
 ἐπίζει. Ipse Strabo (kkk) maximas ad Mauritaniam Tin-  
 gin enavigationes recensens conditos saltem sale pisces  
 causas dixit frequentæ, nec Ortelius sagacissimus anti-  
 quitatis indagator suo alieni quid inseruit (lll) thesauro,  
 Præ-

(hhh) (haldeus interpretis cum classem Salomonis in Ophiram pro-  
 fecturam, semel atq; iterum navem vocat, seu classem Africanam, occasio-  
 nem quibusdam dedit, Sophir mutandi in Ophir. Sic videmus Origenem  
 deceptum esse in Job. c. 22. v. 24. *Φασι δὲ τινες τῶν ἐρμηνεύτων τὴν  
 Σοφίρ τὴν Ἀφρικὴν εἶναι; h. e. Ajunt interpretum nonnulli Sophir esse  
 Africam. Perperam itaq; Sophir in Ophir mutatum est & repetito teme-  
 re ex τῆς Ὀφίρ. conf. Boch. part. 1. l. 2. c. 27. p. 160.*

(iii). Defendit hanc opinionem Bochartus quia Topprane insula, quam  
 Zeilam esse multis probat, omnia ad amussim quadrat, quæ de Ophira le-  
 guntur in libris Reg & Chron vid Geogr. Sacr. part. II l. 1. c. 40. p. 768. &  
 seqq. Notandum vero duplicem olim fuisse Ophir, unam in Arabia prope  
 Sabæos, alteram in India. Illa quidem auro etiam scatebat præstantissimo.  
 v. Ps. 72. v. 15. Esaiæ 60. v. 6. Ezech. 27. v. 22. 1. Reg. 10. v. 2. alius tamen Sa-  
 lom. naæ classis mercibus caruisse certum est. In remotiorem itaq; navi-  
 gârit Ophiram necesse est. Maxime cum triennio, itinere illo fuerit occu-  
 patus.

(kkk) l. 3. Geogr. non longe ab init. ubi de Herc. Col. Hinc, inquit,  
 navigationes sunt maximæ ad Mauritaniam Tingin, & mercatura, & con-  
 diendorum piscium frequentia.

(lll) p. 19.

Præterea nullum in Sacro codice locum inveni, ubi Tharsis certam regionem, nedum Hispaniam denotet: Vel proprium scripturæ nomen est, de insigni è filiis Javan (mmm) artifice, & Ahatveri sumptum (nnn) cubiculario, vel appellativum thalassium, partim Beryllum (ooo) denotans, vel quodvis mare (ppp) à cœruleo dictum colore. Valde igitur in Scripturam Sacram injuriosum fuit Hornius, cum in Tharsis ire, de termino non in quo, sive mari navigationis medio, sed ad quem, haud collatis scripturæ locis parallelis, fuerit interpretatus. Denique vix erit probabile, Salomonem relicta Indiâ Orientali fœcundo Cornu (qqq) copiæ ad remotissimam aut Ame-

D 2

ricam

(mmm) Gen. 10. v. 4. (nnn) Ester. 1. v. 14. (ooo) Exod. 29. v. 20

(ppp) Ps. 48. v. 8. Ps. 62. v. 10. Esaiæ 2. v. 16. & cap. 23. v. 1. Jer. 10. 13. v. 9. Ezech. 27. v. 12. & cap. 38. v. 13. Jon. 1. v. 3. Et in hoc ultimo sensu, hic quoq; nomen Tharsis accipiendum esse arbitramur cum S. Luther. nostro, qui passim reddidit die Meer-schiffe / die Schiffe auff dem Meer. Hieronym. ad Marcellam. Riberæ Comm. in Jon. c. 1. Salm. in Parce Mem. p. 32. Advertendum hinc, maximam inter Tharsis & Thartessum Hispania esse differentiam, quia si Tharsis esset Thartessus Hispanica, Thartessus ista Batica esset mater & Tyrus ejus filia & colonia, quod aperte falsum esse omnes restantur Historici eq; ac Geographi. Tyrii enim colonias suas in Hispaniam & præprimis in Thartessum & Godram transplantarunt, non contra Thartesi & Hispani suas in Tyriorum terram. Consequentia nititur testimonio Esaiæ. 23. v. 10. cum Tyrum sic alloquitur: Transi terram tuam velut rivus, filia Tharsis; hæc nisi cum Luthero explices fahr hin durch dein Land wie ein Strom / du Tochter des Meers / vix te extricare poteris.

(qqq) Certum est, orientalem Indiam imprimis Peguanam, Malaccam, Topranam multitudine quasi auri olim laborasse. Hinc crediderimus, ansam prisicos accepisse Geographos, ut solum hujus terræ aureum dixerint. vid. Pomp. & Melam l. 3. c. 7. p. m. 92. Ed. Basil. Plin. l. 6. c. 19. p. m. 256. Isidor. l. 14. c. 3. & 8. & integros huc montes aureos posuerint, quos custodiant grypho

ricam aut Hispaniæ Thartessum classem misisse, cum il-  
lam aut confinem habuerit aut non remotam longius.  
Hactenus itaque Sophisticæ velum detractum, protrahen-  
da nunc etiam in lucem veritas. Difficile certè opus, cui  
exequendo vix juveniles nostri sufficiunt humeri. Nam  
cum Indis nullus fuerit literarum usus, nulla America-  
nis majorum monumenta, nec apud scriptores antiquos  
ulla orbis hujus extent vestigia, temerarium fuerit, certi  
quid aut explorati profiteri. Probabiliter verò colligi-  
mus, vicinitatem orbis & regionum continuationem pri-  
mum pro Chinensibus, Scythis, atque Hunnis exhibere  
argumentum; non quod Scythas necessariò dicamus, aut  
Hun-

---

phi atq; dracones. vid. Mel. l. 3. p. m. 90. Ed. Basil. & Plin. l. 11. c. 31. Argentu-  
opulentissimam fuisse Ophiram in Libris Reg. & Paralip. leges, quoties eum  
stupore Salomonis divitias abhinc deductas revolves, adde Plin. l. 6. c. 19. p. m.  
256. Celebratur porro India, quod potiores in ea sint gemmarum divitiæ,  
quam vel in Africa, vel in America, vel in ulla Europe parte. Ita Plinius  
Lib. 37. c. 13. p. m. 1600. gemmiferi sunt amnes Acesimes & Ganges, ter-  
rarum autem omnium maxime India. Marcus Paulus Venetus in sua  
Chorogr. Tartarie Lib. 3. c. 22. in Zeilan: Diese Insel hat viel Edelge-  
steine / zuvor Rubinen / die sind nicht köstlicher in der Welt / Sapphi-  
ren / Amerhysten / Topasien und dergleichen. Quod de almugghim in  
Scripturis extat, & de Ebena explicari debet, tanta ejus hic duratio & co-  
loris suavitas, ut hujus similem toto non reperias terrarum orbe. De  
Elephantis non dubium est, ex India eos petuisse Salomonem, cum usitatissimi  
ibi fuerint & passim obvii. Conf. Plin. l. 8. c. 9. p. m. 345. Strabon. l. 15. Curt.  
l. 8. Diodor. Sicul. Bibliotheca fol. 81. Alian. l. 16. c. 18. p. m. 928. Ed. Gesner.  
Genev. Abhinc Ebur comparatum est, medicine consecratum & alienis usi-  
bus. Hinc Simii reportati erecto incedentes corpore, qui hostium instar ex-  
ercitibus prætercantes, per terrefaciant colonos. Conf. Plin. l. 8. c. 21. p. m. 363.  
Alian. l. 16. c. 10. p. m. 916. & l. 17. c. 36. p. 1004. Ut taceam alia, quæ rarissima  
ad Salomonem classe fuerunt delata. Certè nec multitudine, nec caritate,  
nec

Hunnicæ originis, qui in Americam vënerunt, sed quòd per Scythiam eos transmigrasse credamus, aut propinquam Chinam. Sic non nega-vero, Judæorum quosdam, una cum Scythis, Americam immigrasse, ita tamen ut nec tribum confecerint, nec peculiarem nationem; sed exutà paulatim inter barbaros, uti fieri solet, naturà, etiam Judæi esse desierint. Alios excidia urbium suarum hostilibus armis elapsos, spoliatosque eò expulerunt, alios domestica seditio submovit, alios superfluentis nimis populi frequentia ad exonerandas emisit provincias. Qui verò vel antiquiores eò secesserint, vel recentiores, quibusq; terræ angulis pervenerint, tantis literarum tenebris meum non est definire. Sufficit, demonstrasse permixtos exulibus Septentrionales, quique orientem colunt, Sinenses, Indos, primos probabiliter in Americam secessisse colonos. Dudum Scriptores observarunt, versus Asiam magis hominibus abundare Americam, quam qua Europam respicit. Nec Americani septentrionalem omnino nesciunt originem, cum crebram migrationum à Septentrione in Meridiem faciant mentionem. Auctæ hæ gentes, aut à succedentibus pulsæ à Septentrione migrarunt in Meridiem; aliæ longo errore jactatæ non iudicio elegerunt locum, sed lasitudine proximum occuparunt; aliæ armis superiores remotiorem magis Americam sibi vindicarunt. Certè unius originis esse homines, quicis Isthmum habitant & ultra eum, clarissimis deprehenditur indicis. Accesserunt per intervalla alii populi exilio patriæ per in via quæque, per incognita versati. Australis America Africam ferè æquat, Antarcctica ad polum

D 3

usq;

---

*nec pretiositate mercium Indicarum ulla alia hæc sunt equiparanda plaga. Quin infinitis potius modis eidem postponenda.*

usque culta Asiam superat & Europam. Ad miraculum  
fecundi fuissent boreales illi, si exclusis orbis reliqui co-  
lonis Americanam soli propagassent sobolem. Lertius  
à profugis metu josuæ Cananæis, auctam esse di-  
cit. Romanos in Americam venisse, Lucius Marinæus  
Siculus putat. Britanni Madocum Cambrum magnam  
eo deduxisse volunt coloniam. Jacobus Charron Gal-  
lis hanc laudem adscribit. Kircherus Ægyptiis tribuit, alii  
autem. Ego omnes admitto, omnibus enim via patuit & oc-  
casio; certis saltem argumentis, eò concessisse, demon-  
strari posse, nego atq; pernego.

## DE ORIGINIBUS AMERICANIS

### CAP. II.

#### *Argumentum.*

Vix in Americam. Navigationes antediluvianæ. Phœnices artem  
nauticam non invenerunt. Incrementa artis nauticæ. Fabula de  
Dædalo & Icaro explosa. Veteres ex syderibus navigationes di-  
rexerunt. Magnetis usus antiquitus cognitus. Lapis Heraclius  
quid Planti versura. Nautæ casu in Americam delati. Bestiæ quo-  
modo eò venerint. America terra adiri potest. Fretum Anian  
exploditur. Argumento è testimonio incolarum. Frustraneo  
conatu hominum curiosorum. Autoritate Francisci Caronis.  
Votum pro salute Americanorum.

**E**gimus huc usq; de Gentium Americanarum origi-  
nibus, nunc quibus viis America commodè adire  
potuerit, considerandum. Etiam si enim (inquit  
Lartius) aliqua communio aut similitudo morum atque  
linguæ ostendi posset, & non commoda iniri ratio, quæ à  
sua regione in hanc venerint, nihil hac conjectura profe-  
ctum æstimari potest. Sanè ingeniosus Hipponæ (a) Præ-  
sul

(a) *Augustin. de. C. D. Lib. 16. c. 9. p. m. 188. Edit. Lud. Viv. Quod Am-  
tip-*

ful inter alia ob Oceani immensitatem Antipodum ride-  
 bat assertores. Nos ordini humano insistentes, navibus  
 eos appulisse credimus, atq; terrâ continente. Cum enim  
 navigatio jam antediluvianis temporibus (b) innotuerit,  
 quis negare audebit, insulas ultra oceanum remotas nutu  
 divino fuisse frequentatas? Equidem absterrebantur ali-  
 quando a maris ingressu Noachidæ ob recentem diluvia-  
 næ cladis memoriam. At erectis divinitus animis nutanti-  
 bus, & accensâ cupiditate, conscensis mortales navibus  
 remotas orbis oras rursus quæsi verunt. Primus ut opinor  
 insu-

*ripodas esse fabulantur, i. e. homines à contraria parte terre, ubi sol oritur,  
 quando occidit nobis, adversa pedibus nostris calcare vestigia, nullâ ratione  
 credendum est. Neq; hoc nullâ historicâ cognitione didicisse se affirmant, sed  
 quasi ratiocinando conjectant, eo quod intra convexa cæli terra suspensa sit,  
 eundemq; locum mundus habeat & infimum & medium. Et paulo post: Ni-  
 mis absurdum est, ut dicatur, aliquos homines ex hac in illam partem Ocea-  
 ni immensitate trajecta navigare ac pervenire potuisse, ut etiam illis ex uno  
 primo illo homine genus institueretur humanum.*

(b) Quid enim? (ita Schefferus Clarissimum Sveciæ è Germania lu-  
 men, lib. c. 2. p. 19. de Milit. Navali.) nonne credimus, etiam ante diluvium  
 orbem ab hominibus fuisse occupatum? nonne flumina & maria etiam tunc  
 extitisse Sacer Codex docet? itaq; in tanta diuturnitate temporis quis est qui  
 semel iterumq; navigatum qualicumq; deniq; scientia negare queat? Et in-  
 nuere videtur Josephus, quando primas Japetarum navigationes sine ullâ  
 admonitione, curiosus alioquin harum rerum indagator commemorat. Quid  
 quod alie artes minus utiles, minus necessariae tunc fuerint usitate, quis ergo  
 navigationem ignotam credat? neq; obstat, si quis beneficio illius aliquos ser-  
 vari potuisse dicat in diluvio; cumq; id factum non sit, ne ipsam quidem co-  
 gnitam fuisse oggerat. Nam fortè ratibus tantummodo aut acatis uteban-  
 tur, quod genus contra Imbrium violentiam valere non potuit. Deinde tem-  
 poris diuturnitas obstabat, quâ, si vel maxime valuissent, fatigati tamen ad  
 postremum succubuissent. Accedebat deniq; voluntas divina, contra quam  
 nullam vim humanam satis esse validam nemo ignorat. Manet ergo meo ani-  
 mo persuasum, non ex vano ducendum, quod à Platone traditur Lib. 2. de



insulam ingressus Chithim (c) Javanis filius, Japeti nepos,  
Hunc secuti alii Phœnices (d) maximè, qui crebris postea  
navigationibus summum sibi acquisiverunt maris imperi-  
um

Legib. etiam ante diluvium notitiam hujus artis habuisse homines, sed una  
cum instrumentis ipsis per diluvium perdidisse.

(c) Meminit ejus Spir. S. Genes. 10. v. 4. & seqq. Filii Javanis, inquit,  
Elischa erant, Tharsis, Chithim, Dodanim, Ab his divise sunt insule Genti-  
um. Prolixius Josephus Antiquit. Judaic. Lib. 1. c. 6 p. m. 12. Postquam enim  
ob diversitatem linguarum homines dispersos docuisset, subdit: εἰσὶ δὲ οἱ καὶ  
πεπραοσμένοι ναυοὶ τὰς νῆσους, κατὰ ἄνωσιν, nec desuere, qui conscensis na-  
vibus in insulas trajicerent, & mox c. 7. de Chethimo: χεθίμη ἢ χεθίμα τὴν  
νῆσον ἐχεν, κύπε ἢ αὐτὴ νῦν καλεῖται. Chethimus Chetimam insulam oc-  
cupavit, quam jam Cyprum vocant. Quod verò quem dixi, filius Javanis  
primus omnium in insulam transgressus mare navigabile reddiderit, etiam  
ex eo apparet, quia insulis reliquis ab hac postea nomina sua Cananei vel He-  
braei indidèrunt, & Chethim vocarunt; Testatur hoc Josephus ibid. καὶ ἀπὸ αὐτῆς  
νῆσος τε πᾶσι καὶ τῷ πλείω τῷ ὄρει Ἰαλάουσι, χεθίμη ἢ ἔσθιν  
ὀνομάζονται i. e. Ab hac tum insule omnes, tum pleraq; loca maritima He-  
braeis gentili voce Chethim vocantur.

(d) Qui Phœnicibus primam navalium artium inventionem tribu-  
unt, græca nominis Esavi translatione decepti sunt. Phœnix Græcis ruffum  
denotat vel rutilum, Hebraeis verò Edomeum. Edomeus autem in sacris mo-  
numentis Esavus dicitur, Isaaci filius, Abrahami nepos. Hic Idumæa impe-  
rans, terram qua patet universam à se ipso denominavit. Contermina erat  
oceanò & ad litoralem maris tractum sua ad navalium studia optimos quosq;  
alliciebat. Dubium itaq; non est, Esavum maris utilitate illectum navigiis  
etiam operam dedisse. Certe qui venatorem è scriptura describunt, non solo so-  
lùm, sed & salo maximè potentem fuisse dicunt, imò sunt qui latrocinii ma-  
ris aut piraticæ, honesto tunc apud veteres questu (Thucyd. L. I. de Bello  
Peloponne. p. 4.) vixisse non dubitent affirmare. Ab hoc in posteros propagata  
ars, tanta mox incrementa coepit, ut neglectis aliorum navigationibus, non  
palma saltem, sed & inventionis gloria adjecta fuerit. Sic Melæ lib. 1. c. 12. p. m.  
22. Phœnices solers hominum genus & ad belli pacisq; munia eximium, lite-  
ras commentos esse ait, & literarum operas, alias item artes, navales maximè  
atq; bellicas. Diodorus Lib. 12. magnam Phœnicum in rebus nauticis celebra-  
ri in-

am. Haud exulta (e) statim erat ars illa nobilis, rudis pri-  
mum & imperfecta, succedente demum tempore crescere  
coepit. Monoxyliis (f) utebantur primo, cavata lintre & sca-  
phis litoranis. Sed cum excitatis bellis majora homines  
susciperent itinera, vel ratem fecerunt, vel plures tabulas (g)  
in veram navigii formam combinarunt. Mox naves ædifi-  
cavere, (h) & triremes diversâ remorum serie ad maxima  
quæq; composuere facinora. Vela Dædalus invenit, & fi-  
lius

E

lius

ri inquit gloriam, tum multitudine navium, tum singulari navigandi pe-  
ritiâ, à superioribus suis acceptâ, assiduoq; deinceps usu excultâ.

(e) Egregie Claudian. in Præfat. Rapt. Proserp.

Inventâ secuit primus qui nave profundum

Et rudibus remis sollicitavit aquas:

Tranquillis primum trepidus se credidit undis,

Litora securo tramite summa legens.

Mox longos tentare sinus & relinquere terras

Et leni coepit pandere vela Notæ.

Ast ubi paulatim præceps audacia crevit

Condaq; languentem dedidicere metum:

Jam vagus irrupit pelago cœlumq; secutus

Ægeas hyemes Joniumq; domat.

(f) De Hispanis testatur Strabo Lib. 2. ad Cordubam, ait, navigant sca-  
phis fluvialibus, quas nostrâ etate primum fecere, antiquius verò etiam Mo-  
noxyliis. Sic Polyænus Lib. 5. in Tyanico: antiquos ait σκαφας adhibuisse  
ἢ μονοξύλλας, ἐκαστὴν ἑκάστην δὲ ἀπὸ δύο ἢ τριῶν ἀνθρώπων ἢ τεσσάρων  
ἢ πέντε ἢ ἑξατάων, ἢ ἑπτάων, ἢ ὀκτώων, ἢ ἑξατάων, ἢ ἑπτάων, ἢ ὀκτώων  
virum capiebat. De lintribus Livium vide Lib. 21. c. 26. p. m. 33. Edit. Gronov.

(g) Factum hoc paulo post Phœnicum tempora ex invento Samothra-  
cum. Philo Biblius ex Sanchoniatone ap. Euseb. L. 1. de Præp. Evang. c. 10. ἐν  
τῷ Σαυδῶν δισκοσποῖ, ἢ Καβειροῖ ἢ Κορυβαντες, ἢ Σαυδοθεῖνες: ἢ τῶν Φηοῖ  
πρωτοῦ πλῆθους ὄνομα. Ex Sydye Dioscuri, seu Cabiri, seu Corybantes, seu Sa-  
mothraces orti, hi dicuntur plœum (Phœnices cymbam dicunt, lembum Cyra-  
næi, Celocem Rhodii, alii aliter) invenisse.

(h) Per naves non intelligo quascunq; verum tales quarum magnitu-  
do πλοία superabat & remi certò ordine disponebantur, à Græcis εὐκροτάς  
dictas.

lius Icarus (i) ceratis alis Minois elapsi tyrannidem. Ven-  
torum rationem Æolus edocuit, horumq; explorata (k)  
vicisitudine, accuratius veli usum demonstravit. Ex stel-  
larum inspectione (l) cursus dirigebant navium, fretiq; cy-  
nosura latisima sulcarunt æquora. Negat Bochartus (m)  
reper-

(i) Pausanias in Bœot. Ηΐκα εΦέρειν ὁ Δαίδαλος ἐκ Κρήτης πλοία δὲ  
μεγάλα αὐτῶ καὶ τῶ πτεῖν Ἰκάρου πησάμενος, περὶ ἧ καὶ ταῖς ναυσὶν (ἧ  
μὲν πλοῖα πρὸς τὴν ἐξουσίαν ἵστα Ἰππὶ πηρησάμενος, ὡς δὲ Μινῶ ναυτικῶ τὴν εἰ-  
ρησίαν φέρουσαν Ἰππὶ φέρει τῶ αἰετῶ χρωμένοι. Latina versio ita se habet p.  
m. 510. Edit. Aub. & VVech. Eugit tunc ἐ Creta Dadalus, sibiq; & filio Icaro  
non magna edificavit navigia, usq; (quod tum adhuc erat incognitum) vela  
imposuit (hæc alæ sunt ceratæ, quibus poëta eum avolasse fingunt) sicq; Minois  
classẽ, quippe qua romis tantum uteretur, facile effugit, secundo vento usus.

(k) Poetæ, ait Servius, Æolum fingunt esse regem ventorum. Sed ut Varro  
dixit, Rex fuit insularum, è quarum nebulis & maximè fumo Vulcaniæ in-  
sula prædicens futura flabra ventorum, ab imperitis visus est ventos in suâ  
potestate retinere.

(l) Sidonii, verba sunt Strabonis, l. 16. cum multarum, tum optimarum  
artium magistri perhibentur, ad hæc astronomiæ & arithmetici periti, ὅπου  
τῆς λογιστικῆς δεξιόμενοι καὶ τῆς νηπιπλοίας ab arte calculatoriâ & no-  
turiâ navigatione facti initio Propert. Lib. 2. Elegia. 27. v. 3.

Quæritis & cælo Phœnicum inventa sereno

Quæ sit stella homini commoda, quæq; mala.

Aratus de Cynosura in Phenomenis.

Τῆ δ' ἄρα Φοίνικες πλοῖοι πρόωσι θαλάσσιον.

Hac quoq; Phœnices freti lata æquora sulcant.

Germanicus in Aratum. Arcturus minor à pluribus Phœnice vocatur, quare  
Sidones aspicientes, continuâ navigant. Hyginus L. 2. Phœnices autem obser-  
vant & hanc studi suis percipiendõ diligentius navigare existimantur, & ve-  
rè eam ab inventoris nomine Phœnicem appellant. Lucianus in Icaromenip.  
πο: καὶ θα πρὸς οἱ Φοίνικες ἀστροῖς ἐπιμαίειν τὴν ὁδὸν. Ut Phœnices ex stellis  
desonabas vim.

(m) Part. 2. Lib. 1. c. 38. p. 716. Geogr. Sac. Nauticâ pyxide nondum reper-  
tâ parum est verosimile in Americam Phœnices navigasse, cum hæ terra Ly-  
bia atq; Brasiliâ tantâ locorum intercedine sint ab invicem distitæ, ut de A-  
merica

reperitã nondum pyxide nauticã in Americã navigari potuisse, negat veteribus cognitã fuisse vim magnetis ἡγεμονικῆς. ἡρακλεῖς quidem lapidis, (n) sed lapidis tantum, non occultæ in eodem virtutis magneticæ, Græcis asserit notitiã. Absurda dicto! Quasi verò magnes hac demum mundi senectã vim acceperit ἡγεμονικὴν, hac caruerit antiquitus. Si nihil aliud temovet, quam veterum (o) de virtute ejus silentium, cum ipso nomine indicatã eam cogita. Vix enim sibi persuadere potuerunt antiqui, tam bardos fore hodiernos scriptorum suorum lectores, ut notato speciali emphasi lapider heracio, vim ejus non adverterent, nec ab ipso inventoris nomine ad naturam lapidis concluderent specialem. Imò nec antiquos omnes Magnetis virtutẽ ἐν δασυπέτραις continuisse, ex Ptolemæo (p) patet, ut nil de aliorum testimoniis dicam, aut Plauti (q) versura, à nullo pejus quam Turnebo

E 2

(r) ex-

mericanis insulis taceam, Hispaniolã scil. Cubã, Jamaicã & aliis, quæ multo sunt remotiores. Fullerum scio multa moliri, ut Tyrios probet à Salomone edictos compertã habuisse vim magnetis ἡγεμονικῆς. Sed cordato lectori apparet, virum doctum in hoc figmento plurimum sibi indulgere, nec unã ratione nitĩ, quæ sit alicujus momenti.

(n) Verissimum certè est, habentur hæc Part. 2. L. 1. c. 38. Geogr. Sac. lapidem illum à Græcis ἡράκλειον appellari, nec opus erat, Ptolemæum hic advocare testem in re omnium notissimã. Nam ut Heraclium lapidem Theophrastus pro cotinula usurpet, cujus in proband. auro usus est, tamen præter Ptolemæum, Platoni (omnino etiam, & Luciano, & Helladio Byzantino, & Galeno, & Aetio, & Psidelo apud Suid) & Hesychio, & Suida, & Favorino ἡρακλεῖς λίθος est magnes.

(o) Id. ibid. p. 717. ignotã fuisse virtutem magnetis ex eo patet, quod illius in scriptis veterum nec vola, nec vestigium.

(p) verba sic se habent L. 7. c. 2. Φέρονται ἢ καὶ αἰθῶν συνεχεῖς δέκταις ἐν αἰσ. Φαίη τῶ οὐρανῶς ἔχοντα ἡλίου πλοῖα κατέχευται, ἢ ποτε τῆς ἡρακλεῖας λίθου ὡς αὐτῶς γεννομένης. Feruntur & aliæ esse continue decens insulae, in quibus detineri ajunt navigia, quæ ferreos habent clavos, fortasse quia laevis Heracleus circa ipsas gignitur.

(q) in Mercator. Act. V. Sc. 2. v. 34.

Hic

(r) explicata. Optandum autem esset, navarchas hunc nauticæ pyxidis thesaurum vel melius custodivisse, vel non celasse ita pertinaciter; egregium profectò in humanum genus inde redundasset emolumentum, insignis adhuc redundaret utilitas. Sed periit prohi dolor! vel supinâ hominum incuriâ, vel damnâ dâ Tyriorum invidiâ; ni fors mirari velis arcanam Dei providentiam, quæ aliquandiu hominû animis eximere voluerit nobile hoc instrumentum, ut majori commodo suo tempore in lucem producat. Nequaquam verò dixero post acûs nauticæ jacturâ homines vel litora legisse saltem, vel navigandi artem intermisisse penitus. Enim verò si solâ stellarum observatione remotam Himilco (f) petiit Britanniam, si stellis saltem ducebibus longissimè à Gadibus in austrum Hanno (r) excurrit, cur non & eadem veteres ratione Americam & diffitas ad occidentem regiones petere potuerunt? Neq; tamē  
sta-

*Hic ventus nunc secundus est, cape modo versoriam.*

*¶ in Trinum. Act. IV. Sc. 3. v. 19.*

*Cape versoriam recipe te ad herum.*

(r) *Versoria*, inquit, *Adversur. L. XX. c. 4. est ap. Comicum Plautum funis, quò vertitur velum. Nam eos ferre non possum, qui recentem illam pyxidicam navicatoriam atavorum memoria inventam explicant. Prætoriam cerne verba! Quæ tamen nullatenus satisfaciunt eruditiss. Ego crediderim neq; de pyxide nautica hæc rectè explicari, neq; de fune versorio, cum Lambino potius & Stuckio dixerim instrumentum quoddam nauticum hic intelligi, à pyxide diversum, ex quo cognosci soleat, unde ventus fiet.*

(f) *Plinius L. 2. c. 67. p. m. 108. Hanno, inquit, Carthaginis potentia florente circumvectus à Gadibus ad finem Arabie, navigationem eam prodidit scriptor: sicut ad externa Europæ noscenda missus eodem tempore Himilco. Præterea Nepos Cornelius auctor est, Eudoxum (conf. *Mela L. 3. c. 9. p. m. 97. Edit. Basil.*) quendam suâ etate cum Labyrinthum regem fugeret, Arabico sinu egressum Gades usq; prætervectum, multoq; ante eum Coelius Antipater, vidisse se qui navigasset ex Hispaniâ in Ethiopiam commercii gratiâ.*

(t) *Mela Lib. 3. c. 9. p. m. 97. Hanno Carthaginensis exploratum missus à suis, cum per oceanii ostia exisset magnam partem ejus circumvectus, non si mari, sed commeatu defecisse memoratum retulit.*

statuerim, navibus hanc occidentalem Indiam à primis In-  
 colarum parentibus consilio fuisse occupatam. Nam cum  
 nullam habuerint hujus orbis notitiam, nullam insularum  
 (dicendum enim id iterum est) in Atlantico remotissima-  
 rum conjecturam, nullam iis etiam earum tribuere possu-  
 mus cupiditatem. Fortuito itaq; ac præter opinionem eò  
 ventum esse, & exempla persuadent & ventorum naviumq;  
 qualitas. Quis enim inficiatur, plurimas novi orbis regio-  
 nes ventorum potius injuriâ, quàm hominum patefactas  
 esse solertiâ? Aut quis ignorat, splendidissima naturæ mu-  
 nera sæpè casu magis quam industriâ esse conquisita? Ut ut  
 autem homines in prolixis servati errorum periculis in has  
 ejecti fuerint regiones, bestias tamen imprimis humanæ  
 perniciæ intentas eò deferre non potuerunt. Sequitur itaq;  
 aliâ viâ in Americam concesserint immania, foetida, & pe-  
 stifera, quæ nunc insunt animantia. Tantum verò abest o-  
 ceano illuc pervenisse credamus, ut oculata potius confir-  
 mati peregrinantium experientia hos rideamus, qui tanta  
 latitudine transnataste asseverant. Si alæ volucrum defici-  
 unt in undarum hâc abyssò, multò magis gravia ingentisq;  
 molis bestiarum corpora. Terrâ patet aditus, viam habent  
 cum Americâ connexam, transitum Asia exhibet, nullo  
 freto interclusum; Geographorum igitur hujus ævi fuit  
 aut præfracta malitia, aut crassa ignorantia, cum Catha-  
 jam & quæ extra Arctici sita sunt, ab America divulserunt  
 Septentrionali: impostura fuit cum fretum Aniam obtru-  
 serunt, quod hætenus non potuit in rerum naturâ reperiri.  
 Demonstravit id nuper argumento irrefragabili, qui de hac  
 materiâ summè merito, Dn. Eliud Nicolai, rarissimus pro-  
 fectò scriptor, quem, cum nullibi ejus daretur copia, Fran-  
 ckensteinus exhibuit, Vir profundæ *ιστορίας*. Liceat ar-  
 duis ejus pro oppugnandis aliorum futilibus, pugnare ar-  
 gumentis, ipsaq; autoris verba tenui huic, pro re data, mite-

rere opusculo, Autoritatem auctoritati opponit, (u) historiam  
novellis, Lisabona mittis à Megifero am re vintuatis revera  
non dum comprobais. Testimonio nititur incolarū Jezo insu-  
la,

(u) Es stimmen (hæc ejus verba sunt) alle Chartæ muri imæ alte und neue/  
so viel mir noch deren zu Handen können/in dem überein/das sie zwischen  
*Asia* und *America* einen offenen Durchgang sehen/welchen sie das *fretum*  
*Anian* nennen; Woher ihnen aber das *fretum Anian* bekant / und  
wer jemahln aus *Europa*, *Asia*, *Africa* oder *America* dahin geschiffet/da-  
von hab ich biß dato auff fleißig gehabte Nachforschung/keinen Grund  
erfahren können. Diß hat mir aber eine glaubwürdige ansehnliche Per-  
son/welche eine ziemliche lange Zeit so wohl in *Japon* als *China* auffgehal-  
ten/ für gewiß angezeigt/das alle bißher publicirte Mappen, so viel die  
*loci septentrionalia Japonie* anlangt/ in diesen 2. puncten Imperfect und  
falsch/indem sie erstlich oberhalb *Japon* eine grosse Insel aus *Asien*/ von  
de *Japonensern* *ezo*, von de *Inwohnern* *Anomoxodi* genant/ und dann  
zum andern/dz wie mich erstbejagte Person bricht/von dieser Insel *ezo*,  
Nordwards zu rechnen/kein *fretum* sondern ein *continens* *jeze*/ von einer  
Provinc *Rebuncur* genant/an dem Ort/da man ins gemein davor ge-  
halten /und in allen bißher publicirten SeeCharten ein solches für ge-  
wiß einkonten lassen/dz zwischen *Tenduc* und *Quivira* ein *fretum* gelegen/  
welches man ins gemein *Anian* genehet/da doch die Provinc *Rebuncur*  
noch ferner Ostwärts gegē etliche grossen Landtschaften ohne alle Durch-  
gang/und die selben Landtschaften als denn sich ferner gegen *Sud*/das ist/  
*versus meridiem*, erstrecken/ von dannen man zu Lande biß an die einigen  
Orte gelangen kan / da An. 1577. *Franciscus Dracus* in Nachsichung des  
*Freti Anian* aus lauterer Kälte zurück kehren müssen: Mit diesen fernern  
vermeiden/dz zwar zwischen der Insel *Jezo* und zwischen den festen Land  
an den Ort/da *Franciscus Dracus* wieder zurück gefahren/etliche Inseln  
gelegen/es sey aber auch bey denselben in wenigste nicht verpühret wor-  
den/das von dannen/das ist/von *Japon*/*Jezo*/oder von den *Anomoxo* eis-  
schen Inseln gegen *Mitternacht* zu rechnen das wenigste *fretum* durch  
fabrt/Meer/oder *Isthmus*, ja anders nichts vorhanden/ als vorgedachte  
Provinc *Rebuncur* und *Loxasite* auff beyden Seiten/Ost und Westwärts  
ein pur lauterer *continens versus septentrione* aber gar viel unbekant Land  
und Königreiche. Damit man aber nicht meine/das dieser Bericht unge-  
wiß

la, Chinae ac Japonia. Ingenuè hi quod res est sunt professi, a-  
pertè demonstrarunt globorum, tabularum item geographi-  
carum falsitatem. Domestica confirmarunt atq; oculari experi-  
entia Jezo omisam hactenus & septentrionem versus Rebun-  
cur, eò locò, quò Anian fretum credebatur, Loxæ continentem  
Coræã juxta, provinciam. Dubitabam aliquantū an *ἀμετάλλω τῶν*  
sit quod ab autoritate negativâ depromitur argumentum ma-  
ximè cum viderem assensum suspendisse hactenq; tot historiae  
ac Geographia peritos, imò plures cōjecturis subnixos omninò  
negasse. At cum oculis tot obversarentur (x) Navarchæ, tot na-  
varcharum operæ, operarum sumtus, sumtuum vel inanis, vel  
nul-

wiß oder alleine von hören sagen/und zwar von einen solchen Sagen ent-  
sprungen sey/dz man den ersten *Autorem de visu* nicht anzugeigen wiße/so  
hat mich vorbemeite Person/welche erst vor 5. Jahrẽ aus China zu and  
heraus in Europam tomen/so viel bericht/dz sie mit einem/der in der Ins-  
sul Jezo daheim gewesen/aus der Sache *discuriret* und von demselben so  
viel verstanden/das die Provinz *Rebuncur* gleich wie sie von Jezo Nord-  
wärts gelegen/und als den von danen gegen Aufgang und Mitternacht  
kein *Transitus* verhanden/ ferner in ein ander Meer zu gelangen; also sey  
auch gegen Niedergang und Mitternacht kein Paß durch oder nebe *Re-*  
*buncur* in ein ander Meer/so Nordwärts gelegen/zu schiffen/sondern dz  
*Rebuncur* gegen Niedergang der Sonnen mit der Provinz *Loxa* bey *Co-*  
*rea*, gegen Aufgang der Sonnen aber mit *Quivira* gränzen. So sey auch  
die Landschaft *Coræa* in den *Mappis* übel *describiret*, inweme man sie ge-  
meiniglich von dem Königreich China als eine Insul *separiret*, da doch  
besagte Landschaft *Coræa* eben so wohl ein fest Land mit China und noch  
darzu den *Chinesern* zinsbar sey.

(x) daß dieses der wahre Grund sey (*ita pergit citatus autor*)  
was oben von der Insul Jezo und von der Landschaft *Rebuncur* ge-  
sagt worden/ist daher zu erweisen/ daß das so lang und stark ge-  
spröche *fretum Anian* bis auff diesen Tag nicht zu erfinden gewesen/ da es doch/  
wo es *in rerum natura* were/entweder *Sebastrianus Garvius*, welcher dem-  
selben An. 1496. auff des Königes in Erælland Unkosten nach geforschet/  
oder *Caspar Corterealis* der An. 1500. aus Portugal mit die *eminent* oder



Nullus planè effectus, magis cœpi in sententiam inclinare. Accessit deniq; nupera Japoniæ à Frâncisco Carone publicata descriptio, quæ cum Asiæ itidem Americæ continentem fecerit, magis me confirmavit in sententiâ. Nam cum à prima ætate eo loco versatus Caron tandem etiam circa imperium fuerit occupatus, res ea certè illi ignota esse nō potuit. Sic inventa via est, qua homines pariter & bestię in Americâ & olim potuerunt & adhuc possunt commeari. Nihil superest, nisi ut supplices divinam imploremus misericordiam, affundat excœcatis barbaris, à se lapsis, ad se redire impotentibus speciale Sancti Spiritus lumen, ut expulsâ morte, vitam aliquando & salutem, quæ in Christo unica est, æviternam amplectantur.

*Johann. Verrazanus*, der mit Verlag des Königs in Frankreich Anno 1524. dieser Orten geschiffet / oder *Stephan Gomez*, der im nechsten Jahr darauf aus Castilien dahin segelt / oder *Jac. Carthier*, der abermals auff des Königs in Frankreich Unkosten Nordwärts gefahren / oder *Hugo Willibis* und *Stephan Borroueve*, welche aus England An. 1556. ihre *Drottain* ostbeme te Nordged / ieder absonderlich genommen / oder viel andere aus Dennemarck und Island / würden schon längst gefunden haben ; Wenn sie aber bis dato alle ihre Mühe und Arbeit vergebens angewendet / und unerachtet ieder unter ihnen seinen euersten Fleiß angekehret / ob sie *ex Septentrione in meridiem* durch das vermeinte *fretum Anian* in die Philippinische / wie auch in die Molucoische Inseln gelangen möchten / dennoch nichts anders ausgerichtet / als daß sie etliche vor diesen unbekandte *Inus* und mit Eiß und Schnee bedeckte Inseln gefunden / aus derer Erfindung dieser Nutz entprunget / daß jetzt Holl und England wegen des Spizenberges auch des Fischfanges dajelbst mit einander streiten / und ieder Theil das *jus piscandi* in diesem neuen Lande haben wil / so ist leicht zuerachten / daß das so lang und starck gesuchte *fretum Anian* eine eirele Fabel dieser Leute seye / welche bißweilen von den *Interessenten* mit Fleiß darzu bestellet werden / und *per consequens* alle Mühe / Gefahr / Kosten / Zeit und Arbeit verlohren seye.

